



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 74. Blackwelli responsum ad Bellarmini epistolam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

„tremo actu ita te gerere, ut & tuis lu- Sæc. XVII.  
 „ctum, & hostibus gaudium relinquas, A. C. 1607.  
 „sed contra potius, quod omnino spe-  
 „ramus, & pro quo ad Deum nostrum  
 „affidue preces fundimus, vexillum fi-  
 „dei gloriose erigas, & quam contri-  
 „straveras, lætam facias Ecclesiam.,,

### §. LXXIV.

#### *Blackwelli responsum ad Bellarmini epistolam.*

Accepta hac epistola Blakwellus die **Thuanus**  
 decima tertia Novembris Londini lib. 138.

ex carcere hunc in modum respondit:  
 „Doleo fane, quod post tot labores  
 „exantlatos pro Religionis Catholicæ  
 „caussa in extremo actu minus me for-  
 „titer gessisse, suggiller: Ceterum aliud  
 „est jusjurandum, quod contra Prima-  
 „tum Sanctæ Sedis diserte concipitur,  
 „aliud, quod pro obedientia civili, quæ  
 „Principi debetur, a subditis præstatur:  
 „potestas Pontificis suos habet limites,  
 „nec nisi extrema necessitate, & quæ  
 „periculum annexum habeat, ad tem-  
 „poralia extenditur: ita tu ipsem et cum  
 „de Romano Pontifice quinque libros  
 „ex professo scriberes, censuisti. Ita  
 „Cardinalis Alanus, Cajetanus aliquique  
 „docuerunt: Ita Joannes Pedrezzanus,  
 „qui nuper pro Pontifice contra Vene-  
 „tos

Sæc. XVII. „tos scripsit, ita denique Nicolaus San-  
 A. C. 1607. „derus, quem ob oculos me semper ha-  
 „bere monuisti, ea de re senserunt. Ita  
 „que salva conscientia, & citra immi-  
 „nutionem cultus & reverentia, qua  
 „Primatui Sanctæ Sedis debetur, et  
 „formula, qua conceptum est, a me  
 „& ab aliis Majorum Religioni additis  
 „præstari potuit. Vale. „

## §. LXXV.

*Altera Jacobi I. Angliae Regis Apo-  
 logia seu epistola hortatoria ad  
 Cæsarem & Principes.*

*Thoiras  
 hist. d'Angl.  
 liv. 18.  
 Juvenc. l. c.*

Cum autem eo tempore diu noctuque  
 Satellitum catervæ gladiis, uncis  
 ferreis, vestibus & malleis per totum  
 Angliae Regnum volitarent, ut ad hoc  
 juramentum Catholicos adigerent, ac  
 recusantes sævis tormentis cruciarent,  
 hujus inhumanitatis fama brevi ad Ca-  
 tholicos Principes delata non modicam  
 labem Jacobi I. Regis existimationi  
 inussit. Sub idem quoque tempus Ty-  
 rennae Comes, qui oppressam in Hi-  
 bernia Religionem totis viribus erigere  
 adlaborabat, Londino in Patriam suam  
 revertebatur, tentatus, utrum quo-  
 rumdam exterorum Principum suppetiis  
 adjutus, Catholicos ab hæreticorum op-  
 pressionibus liberare valeret: spe autem  
 sua